



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

iv. De irregularitate ex permissione, cooperatione, & ratihabitione vnde sequitur homicidium illicitè factum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

- q. 9. de unum Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 10. Alberic. verbo. Homicidium, 2. Summa Pifa. verbo. homicidium, 1. num. 14. Syluest. verbo. eod. 1. q. 8. vers. octauum. Tabiena, verbo. Irregularitas, 2. §. Decimo quinto. S. Anton. 3. par. titu. 29. c. 2. §. 2. Maiol. lib. 2. c. 48. §. 2. num. 9. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. num. 6. de homicid. & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 4. Summa Corona, tit. de Irreg. nu. 11.
9. *Secundo* exemplificant in eo, qui cum videt Petrum fugientem manus hostium, qui eum conabantur occidere, consulat et ne fugiat, existimans hostes qui illum insequuntur, ob suam presentiam non eum occisurum, puta, quia amici sunt, vel affines ipsius consulentis, vel quia consulens est vir grauis auctoritatis apud hostes Petri; tunc enim si contingat oppositum, quod illi nihilominus Petrum occidant, qui fecit sistere Petrum non erit irregularis: secus autem si consulens nec amicus, nec affinis, nec vilius auctoritatis erat apud hostes Petri, tunc enim mors Petri imputatur consulenti, & erit irregularis. Specul. tit. de dispens. §. iuxta, vers. Quid si aliquis mori. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quaest. 1. Summa Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 5. Summa Pifa. verbo, homicidium, 2. vers. Quid de illo. S. Anton. 3. par. tit. 29. §. 2. in fine. Syluest. verbo, homicidium, 1. quaest. 8. vers. Nonum. Tabiena, verbo. Irregularitas, 2. §. 17. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. numer. 9. Summa Corona, tract. de irreg. numer. 11. & Henriquez lib. 14. ca. 16 §. 4.
10. *Tertio*, si quis transeunti fluuium rapacissimum equo, vel iumento debili, & equus in medio fluminis substitit, vnde sit, vt ipse sit in periculo euidenti submersiois; dicat, descendere, & melius pertransibis; putans verè illum tutius euasurum, etiam si postea descendens vi fluminis fuerit submersus, qui consuluit, vt descenderet, non erit irregularis. sic Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. sed pone rusticus super asino. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. num. 9. & Henriquez lib. 14. c. 16 §. 4.
11. *Quarto*, Qui consulit alicui, vt patrem suum periclitantem defendat, etiam cum periculo vite suae quando ad id praecepto tenetur; Immo, & qui consulit alicui, vt exponat se periculo pro virtute quadam, vt pro amici defensione, quem hostes occidere tentant, irregularis non erit, quamuis, cui consilium dedit, interficiatur, ex Henriquez lib. 14. capi. 16. §. 4. hoc enim licitum esse communis Theologorum schola docet, vt S. Thom. 3. dist. 29. q. 1. art. 5. ad 3. & ibi scholastici DD. & latè Sotus lib. 5. de iust. qu. 1. art. 6. Concl. 3. Et apud Gentiles celebrantur exempla Damonis & Pythiae, Piladis, & Oreitis, quae etiam a nostris laudantur. Ambr. lib. 3. Offic. capit. 1. 2. S. Hieron. in capit. 7. Michæ. S. August. de Amicit. cap. 10. & lib. 4. Confess. cap. 6. Lactant. lib. 5. Diuin. Iustit. cap. 18. S. Thom. lib. 1. de regim. Princip. cap. 10. & lib. 4. cap. 22. & Sotus vbi supra, & alij.
12. *Quinto*, si consulens alicui, vt pro iure suo, aut bonis tutandis periculo se exponat, quando sunt res magni momenti, & ad vitam sustentandam necessariae, & ille se exponat periculo, & occumbat, siquidem non cogitabat consulens probabiliter illum moriturum, non erit irregularis, vt latius docuimus cap. 17. dub. 1. lib. 1. preced. & expresse tradunt Summa Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 9. & citat Innoc. & Hostienf. in cap. ad audientiam. de homic. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quaest. 8. & Summa Pifanella, verbo, Homicidium, 2. §. Quid si mandauit. & citat Innoc. & Host. & Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 9. qui tamen docent fore eum irregularem, si verisimiliter credidit eum ibi moriturum, quod etiam dicunt Syluest. verbo, Homicidium 1. quaest. 8. vers. octauum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Quintodecimo, & Henriquez lib. 14. cap. 16 §. 4. quia qui sic consuluerat, prauidit secururum talem effectum. sed certè intelligi debent hi auctores, vel quando res pro quibus tuendis se periculo exponit, sunt parui momenti, vel quando aliter tueri eas posset, vel intelligi debent solum velle quod sic consulens sit irregularis, fortè irregularitate ex homicidio iusto proueniente, non enim in casu nostro consulens aliquod peccatum committit.
13. *Sexto*, consulens homini omninò parato inferre graue

malum, vt faciat potius minus malum, ad evitandum, in ius, vt si parato occidere Clericum adulterum in delicto deprehensum, consulat & rogar, vt potius contentus sit facere excedum, aut mutilatum, quam quod eum occidat etiam si eum mutilet, consulens irregularis non erit, nec excommunicatus, quia non peccat in hoc bono consilio, nec consilium eius influit moraliter, vt fiat mutilatio, sed ne fiat homicidium, nec consulit malum, sed proponit licitum materiam minoris mali, vt eum a maiori malo retrahat, quod est licitum, vt pluribus tradunt Ioan. Diedo, lib. 3. de libert. Christiana, in fine. Caietan. tom. 1. Opusc. trac. 31. responsione 13. dub. 3. & 2. quaest. 95. artic. 3. in quinta causa duelli. in fine. & in Summa, in verbo, Tyrannis, vers. Respondetur. Sotus lib. 6. de iustit. quaest. 1. artic. 5. Adrianus Quodl. 1. art. 3. ad octauum, litera P. & Quodl. 3. art. 2. §. His praemissis. litera G. & Quodl. 9. art. 3. princip. litera E. Barth. Medina, in 1. 2. quaest. 15. artic. 1. Natur. in Manual. capitul. 14. numer. 40. vers. Decimo tertio. & ca. 17. numer. 263. Speculum Coniug. par. 1. artic. 15. dub. 5. vbi id probat varijs Sacrae Scripturae exemplis. & Henriquez libro 14. capitul. 16. §. 4. in fine. & cap. Necul. in fine, & ibi gloss. in verbo. Minimis, distinet. 13. & facit capitul. Considera, 22. quaest. 1. & cap. Hi, qui, de paganis. & ibi gloss. expresse, in verbo. potius, 26. quaest. 2. & cap. si quod venius 33. qu. 2. & alibi saepe, de qua re nulla est apud auctores difficultas.

14. *Tertio*, Qui non consulit homicidium, sed aliquid inde sequitur homicidium, si verisimiliter potuit estimare, quod inde sequeretur mors, irregularis est, vt qui facit iactum machinae, vel balistae, vel quod eat ad iniuriam, Castris, aut beneficii capiendam possessionem, quod non poterit de facile capi sine morte hominum, & sic mors secuta est. Sin autem non potuit estimari, nec erat verisimile, quod mors sequeretur, tunc quidem licet consulens rem licitam, subsecuta morte, irregularis non sit, consulens tamen rem illicitam, semper irregularis erit, si mors inde subsequatur, argum. cap. continebatur, de homicid. & ca. finali de homicid. lib. 6. Summa Pifanella verbo, Homicidium, 2. §. Quid si non consuluit, citans per hoc Innoc. qui in cap. ad audientiam, numer. 1. de homicid. id expresse docet. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 6. & S. Anto. 3. par. tit. 29. c. 2. §. 2. circa medium, & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 1. & Pan. in ead. audientiam. de homic. Summa Corona tract. de Irreg. num. 11.

De Irregularitate ex Permissione, Cooperatione, & Ratione, vnde sequitur homicidium illicitè factum. Cap. IV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mutus, & tacens, ex sola taciturnitate simpliciter irregularis non est.
- 2 Non oblians homicidio, quamuis commodè poterat, si priuatus fuerit, secuto homicidio, irregularis non est.
- 3 Omissio, quae contra iustitiam est, secuto homicidio, irregularitatem inducit.
- 4 Index, vel gubernator non oblians homicidio iniuste, secuto effectu, irregularis efficitur.
- 5 Medicus, qui publico, vel priuato stipendio conductus, officium suum non exequitur, secuta morte infirmi irregularis est.
- 6 Medicus medicinas non bonas dans, secuta infirmi morte, irregularis efficitur.
- 7 Medicus tempore pestis, aut grauis necessitatis ad medicandum ex iniustitia compelli potest.
- 8 Impediens malitiose volentem defendere innocentem, secuta morte innocentis, irregularis est.

- 10. *Quilibet homicidio cuiusque iniusto prestans, eo securo, irregularis est.*
- 11. *Militis omnes in bello iniusto, si exinde mors, aut alicuius membri mutilatio sequatur, irregularis sunt.*
- 12. *Armatus assistens alicui homicidio, quamvis arma non educat, nec operatur, si tamen opem ferre paratus sit, secuto effectu, irregularis est.*
- 13. *Confilio se mutuo iuvantes, secuto homicidio, non solum qui occidit, sed etiam ceteri omnes, irregularitatem incurrant.*
- 14. *Doluerat in communi rixa a pluribus, & ex uno solo vulnere mortuus, an, & quando, unus, vel omnes irregularis sint.*
- 15. *Percussus a pluribus, & exinde mortuus, an omnes irregularis sint.*
- 16. *Concurrentibus multis ad homicidium, an & quando omnes secuto effectu, irregularitatem incurrant.*
- 17. *Percussus iniuste, sed leuiter, si propter illam percussione ex propria culpa percussit, aut medici, aut Chirurghi imperitia moriatur, an, & quando percussus irregularis sit.*
- 18. *Ratum habens homicidium iniustum irregularis non est.*
- 19. *Ratibabitio & mandatum equiparantur quoad peccatum, sed non quoad irregularitatem.*
- 20. *Ratum habens percussione clericus excommunicatus est & quare.*
- 21. *Ratificatio quando peccatum mortale, aut veniale est.*

Quoniam ad Permissionem materia satis vniuersalis est, nec in ea certa Regula dari potest, quando quis casu de irregularitatem incurrat, nec ne;

Primo enim Mutus & tacens, ex sola taciturnitate simpliciter, & absolute sumpta, non fit irregularis, secuta mutilatione, vel homicidio, cum moraliter in effectu illum non concurreat.

Secundo, Nec quicunque non obstans, secuto homicidio, irregularis erit, si enim Petrus vir priuatus videt aliquem occidi, & per negligentiam ignauiam, aut quia non vult se rebus alienis immiscere, illum non defendit, non propterea habendus erit irregularis, etiam si tuto, & cum modo occisum defendere potuisset. Summa Astenfis par. 2. lib. 6. tit. 1. 4. art. 8. quæst. 9. Summa Pisanel. verbo. Homicidium, 4. §. penult. S. Anton. 3. part. tit. 29. cap. 2. in principio. Angel. verbo. Homicidium, 1. num. 17. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 5. nu. 2. & Henriquez lib. 1. c. 12. §. 7. & est communis opinio. Vt autem clari de multorum casuum solutione in ha. materia habeatur, est v. diximus difficile sit certam Regulam assignare, nos tamen hanc non improbabilem fieri posse censemus.

Regula: Quotiescunque omissio seu permissio est solum contra charitatem, & non contra iustitiam, non incurritur irregularitas, licet omissio illa peccatum sit; Sin verò omissio sit contra iustitiam, qua quis vel ex officio, vel ratione stipendij, vel ratione obligationis ex iuramento factæ, alium a morte, vel mutilatione defendere tenetur, tunc incurritur irregularitas ex homicidio secuto, ob illam omissionem. Que doctrina colligitur ex S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. ad 3. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 32. & qu. 33. Angel. verbo. Homicidium, 1. num. 17. Summa Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 9. Syluest. verbo. Homicidium, 1. quæst. 10. vers. Primum. & Homicidium, 3. q. 5. vers. Quin num. Nau. in Man. c. 27. n. 23. 1. & nu. 23. 2. vers. Decimo nono. & c. 24. nu. 18. Cou. in Clem. Si furiosus, p. 2. §. 2. nu. 7. de homicid. Maiol. li. 5. c. 48. §. 5. nu. 3. Alph. Vivald. tract. de Irreg. nu. 285. & nu. 286. Summa Corona tira eod. nu. 14. Tolerus lib. 1. instr. tract. Sacerd. c. 29. vers. Rursus tertio. & Henriquez lib. 1. c. 12. §. 7. Specul. tit. de disp. §. iuxta, vers. Quid si potui, & Maian. Socin. in ca. ad audiendam. de homicid. Vt enim rectè notat Nau. in Man. c. 24. num. 18. & in cap. Non in inferenda, num. 14. 23. quæst. 3. post

Syluest. in verbo, restitutio, 2. §. 16. & Sotum lib. 4. de iust. quæst. 7. art. 3. ante finem. aliqui tenentur defendere se, & alios non solum lege charitatis, sed etiam iustitiæ, Reges enim, & alij superiores lege iustitiæ tenentur defendere se & suos subditos, & contra, subditi suos superiores argum. cap. Regum, cap. administratores, 23. quæst. 5. & cap. Ego, de iure iur. præsertim feudatarij eorum, cap. de forma, 22. quæst. 5. vbi pulchrè declarantur quæ in fidelitate obseruanda sunt: Item Iudex Dominus circa vassallos, pater, maritus, tutor, curator, pædagogus, parochus, custos viarum, & alij similes, & e contrario vassallus, seruus, filius, pupillus, minor, famulus, mancipium parochianus, custoditus, suos superiores defendere tenentur, ex Alphonso vbi supra, num. 289. & alijs. Sic etiam testis iam presentatus, si omittat fateri veritatem, aduocatus, & procurator, si deserat causam ceptam, peccant contra iustitiam, vt notant Pan. in c. 1. num. 9. de restit. spoliat. Naua. Syluest. & Henriquez vbi supra.

Hinc Iudex, vel Gubernator non obstans, & per iniustam omissionem inuocentes non defendens (si id potest sine graui damno suo moraliter concurrat contra iustitiam, & sit irregularis, si quis iniuste occidatur, aut mutiletur. Idè de alijs ministris iustitiæ, qui ex officio tuentur. Sic etiam irregulares sunt illi, qui ex officio, & proprio iuramento assumperunt custodiam viarum, vt viatores tuto possint itinerari, si dolosè quendam occidi, aut mutilari permittant. Et similiter qui ex promissione se obligauit ad defendendum (quod intelligitur de promissione mercenaria, si enim esset liberalis tantum oblatio defendendi, seu iactatoria, non esset irregularis) alij verò, quod diximus, non defendentes, quia ex officio, & promissione mercenaria obligati sunt, non defendentes, cum ad defendendum teneantur, sunt in culpa, & concurrere censentur moraliter contra iustitiam ad homicidium, seu mutilationem, & idè irregulares erunt, ex Maiolo, lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 3. & 4. Intelligitur autem defensio in hac materia, non quidem, vt penitus teneantur eripere a morte, sed vt faciant quantum in ipsis est, adiuuando verbo, vel facto ne occidantur, tunc enim cum sint sine culpa, consequenter irregulares non erunt. Idem dicendum de alijs personis, quæ ex subiectione defendere tenentur suos superiores, vt sunt filij serui, vassalli, vt diximus; Et contra Dominus & parentes tenentur suos inferiores defendere, immo Dominus qui nouit famulos, aut seruos, aut pater filios, velle vindicare eius iniuriam, si non contradixit, sed dolosè tacuit, secuto homicidio, irregularis erit, quia ex officio tenebatur efficaciter prohibere, ex Couar. in Clem. Si furiosus par. 2. §. 2. num. 8. vers. Quarto, de homicid. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 5. numer. 4. & Henriquez lib. 14. capitul. 12. §. 7. Sic etiam irregularis est pater, vel maritus, qui filium, vel vxorè contemnit, & debita alimenta non administrat, est homicida, si filius, aut vxor moriatur, & idem de Domino si omittat alere seruum. Item aduocatus, vel procurator assumptum patrocinium Rei dolosè deserens, si reus ob defectionem damnetur & morte puniatur, irregularis erit etiam si ob eius ignauiam, vel imperitiam occidatur. Hostiens. in cap. 1. de postulat. Specul. tit. de aduocato, §. vlt. Maiol. lib. 2. cap. 9. num. 2. & lib. 5. ca. 48. §. 5. num. 4. Idem dicendum de teste qui productus, vel legitimè citatus dolosè tacet veritatem, vnde postea reus morte punitur ex Maiolo, & alijs, vbi supra.

Medicus etiam qui publico, vel priuato stipendio conductus, officium suum non exequitur, si quis eius negligentia, vel ignorantia moriatur, sit irregularis, talis enim dicitur a medico occidi, argum. cap. Absit. distin. 50. & homicidia illa dicuntur quodammodo illi voluntaria, fauente Summa Astenfis, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. quæst. 14. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 32. in fine. Sylue. verbo, Homicidium, 2. vers. Decimo tertio, & verbo, Medicus, q. 1. vers. Secundo, & verbo, restitutio, 3. q. 5. vers. Secundum. Armil. verbo, Medicus, num. 2. & verbo, Homicidium, q. 6. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 5. nu. 4. Tolerus lib. 1. instr. tract. Sacer. cap. 29. vers. Rursus tertio, & vers. Idemque dicendum & Henriquez lib. 1. c. 12. §. 7. Sicut enim gubernator nauis, qui ab initio curam nauis suscepit, si postea ex eius negli-



gentia, vel eam deferendo, vel eam committendo alicui imperito, dicitur causa mortis omnium eorum, qui in naufragio moriuntur, & eorum mortes merito illi imputantur, ita & medico mortes hominum pari ratione imputantur, si eorum curam non habet, & exinde moriantur. Quod etiam verum est, etiam si medicus eos deserat, quia mercedem ei non soluant, nam post conualescentiam, vel mortem eorum potest sumptus, & stipendia petere, & obtinere, gl. in princip. d. 83. in verbo, inferas. Nau. in Man. c. 25. num. 64. vers. Septimo, Maiol. lib. 2. c. 12. num. 4. & lib. 5. c. 48. §. 5. nu. 4. & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 7. Nec valet ratio Nau. in Man. cap. 27. numer. 23. 1. vers. Decimo nono, quod scilicet non astringitur Medicus ad perseverandum in cura, quia sicut gubernator navis, qui ab initio non tenetur curam navis suscipere, post curam tamen susceptam tenetur eam conservare, & non deserere; ita Medicus qui semel curam infirmi suscepit, perseverare tenetur, quia contractus, qui ab initio sunt voluntarij, ex post facto sunt necessarii. Nec excusatur ex eo, quod alij Medici advocari possint, quia nisi ipse alium aequo bonum aduocet, tenetur in cura perseverare; Et a fortiori ad id tenetur, quando sit vovus tantum Medicus in villa, aut Castro, & alius haberi non possit, ut enim notat Henriquez in d. §. 7. in annot. l. ita. S. sit tacite contractus inter infirmum, & Medicum, qui capit curare, ratione cuius in cura perseverare tenetur. Immo vero si non reperitur alius medicus in Castro, & ipse requisitus negligeret adire aliquem infirmum, & ex eius inhumanitate infirmum moreretur, irregularis erit, etiam si curam eius nondum inceperat, ex Maiolo lib. 2. cap. 12. num. 4. & lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 4. Nec excusabitur ex eo praetextu, quod egrotus volebat confiteri peccata sua iuxta praecipuum capit. cum in iustitias, de penit. & remiss. Non enim ob hoc debet medicus, infirmum desere, ex Sylvest. verbo, Medicus, quaest. 3. versiculi. Secundum Maiol. & Henriquez ubi supra, sic nec excusabitur si aeger noluit ei obedire; Quamvis enim in hoc casu egrotus peccet nolendo recipere medicamenta opportuna, unde si moriatur non medico, sed sibi ipsi culpa imputanda est, quia tamen in hoc casu medicus inuitum curare tenetur, in culpa erit, si inuito egroti medicamenta non dederit, ex gloss. in princip. dist. 83. in verbo, inferas. & Maiol. locis citatis, sicut inuitum extrahere posset de domo ruituras, arg. c. ipsa pietas, 23. quest. 4. Sic etiam irregularis erit Medicus, dando medicinas non propitias, ex Innoc. in cap. tua nos, col. 1. de homicid. & ibi Panormit. §. ad ultimum, num. 4. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quaest. 35. Secus autem si ipse medicamenta rite ordinauerit, sed Aromatarius aliquid noxium intermiscerit, tunc enim solus aromatarius secuta morte irregularis erit, ex Panor. in d. §. ad ultimum, num. 4. Summa Astenf. part. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 8. quaest. 15. Summa Confess. lib. 3. tit. 34. qu. 36. Maiol. lib. 2. cap. 12. nu. 2. Immo vero cum Episcopus, aut Iudex tempore pestis, aut urgente alia necessitate compellere possit Medicos ex iustitia ad medicandum, si quis eius negligentia tunc periret, irregularis esset iuxta ea quae tradit Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 7. in annot. l. ita R. Sic etiam chi. urgi, & venae sectores, id est, Phlebotomantes, si ob eorum impetum, vel negligentiam mors, aut mutilatio sequatur, irregulares erunt, cum & ipsi etiam aliquando Medici vocentur iuxta ea quae notat Alexand. lib. 1. consil. 15. num. 11. col. vlt. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. qu. 1. 35. Sylvest. verbo Homicidium, 2. vers. Decimo quarto, & Maiol. lib. 2. c. 12. nu. 2. & Summa Astenf. part. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. qu. 17.

3. *Pari ratione irregularis erit, qui malitiose defendere volentem innocentes impedit consilio, aut per vim, quia contra iustitiam facit, nisi bono animo amicum diuertit, ne periculis se objiceret, ut si pater, vel mater, vel alius consanguineus, seu amicus vellit retrahere, timentes non ipse adiuuando occidatur, quia tale consilium non est contra iustitiam, sed ex amore vitandis periculum amici. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo sexto, Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 3. S. Anton. 3. part. tit. 29. capit. 2. in princip. Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 7. Irregularis etiam est, qui ligat dolose arma, eique surripit, ne occidendus se defendere possit. Et qui noctu per loca periculosa incedes cum lumine, si illius lumen quis ioco, vel dolose extinguat, illicque praecipit ruat, irregularis erit, ex Maiol. cit. Sic etiam qui flumine immerfus ramum manu apprehenderet, unde de saluari posset, si quis ramum illum abscinderet, & alter mergatur, abscindens ramum homicida, & irregularis erit. Item si quis fixas excitans, postea in periculo positus mortis currat in domum tuam, & tu ei ostium occludas, ut sic ab inimico facilius occidatur, irregularis erit ex illo dolo, quia obicem posuisti salutis eius; secus autem si ostium occluseris, ut rixam evitares, & ne in domum tuam totus rixantium impetus rueret, tunc enim non erit talis irregularis sine dolo cauendo sibi, ex Maiolo lib. 5. c. 48. §. 5. nu. 3. Et idem dicendum de illo, de cuius turbata voluntate processit homicidium, nisi prohibuit, & impediuit quantum in se fuit, puta si parentes eius, qui verberatus est, conueniant, & dicant quod volunt iniuriam eius vindicare, & qui iniuriam passus est non contradicat expresse, & impedit quantum in se est, irregularis erit secuto homicidio, argum. cap. Petrus, de homicid. Host. in capit. ad audientiam, tit. eod. Summa Astenf. part. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 8. qu. 10. Angelica, verbo, Homicidium, 1. §. 20. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. vers. Secundus, de homicid. & Sylvest. verbo, Homicidium, 1. quaest. 10. vers. Tertium talis etiam contra iustitiam facit. Et idem dicendum si quis videt alios tractare de vindicando, & non impedit, semper enim videndum est an contra charitatem, vel contra iustitiam peccet non impediendo, ad hoc ut irregularis, nec ne, consideratur, si exinde ab alijs occidatur, vel mutiletur. Sicut enim ut in c. Quarta, de excom. & gloss. Panor. & alij ibi colligitur, non quicunque non defendit Clericum cum, possit, excommunicatus est, sed qui habet potestatem publicam, aut priuam iure familiae in ipsum percussorem, aut alio quouis modo ex iustitia & officio defendere tenetur; Et idem erit in eo, qui dolose desinit obviare perccient Clericum: nam ex eo dolo cum possit commode Clerico iniuriam auertere, excommunicatus erit, propter manifestam percussoris culpam, ex Inno. Pan. & Henriquez in d. cap. Quarta, & Ludouic. Carrerio in Prac. Crimin. tit. de homicid. §. 4. num. 19. & §. 63. & Couar. loco inferius citando; ita etiam quoad irregularitatem dicendum erit, unde Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 7. de homicid. ait, quod in quibuscumque casibus Canon ille loquitur habet in excommunicatione, in ijsdem etiam innotatur irregularitas, propter eandem rationem, & auctoritatem, & facit text. in cap. sicut dignum, §. illi etiam, de homicid. id quod Vivaldus tract. de Irreg. num. 288. docere videtur. Ex quibus omnibus colligitur, quid sentiendum sit de non manifestante mortis tractatum; Sylvest. verbo, Homicidium, 1. qu. 10. & Ioan. Andr. & Panor. epos citat, & Angelica, verbo, Homicidium, 1. §. 19. voluntatem tractari de aliquo homicidio, nisi eum, in quo fit machinatio moneat, irregularem esse: Qui tamen intelligendi sunt, vel quando potest admonere sine periculo aliquo vitae propriae, & bonorum: vel quando malo animo, & cum teneretur ex iustitia & officio propalare, non admonet, ex Nau. in Man. cap. 27. num. 23. 2.*

9. *Quantum ad homicidium & irregularitatem, que est illicito auxilio, & cooperatione proueniunt, dicendum est hanc irregularitatem incurtere quicumque est simul cum alio causa homicidij iniusti, aut mutilationis iniusti, & qui fauorem, auxilium, & opem dederit, ar. c. sicut digni §. qui vero, & §. Clericos, de homicidio, quod intelligitur, quando vel qui auxiliatur, vel cooperatur homicidio, aut mutilationi, sit causa propinqua illius effectus, ita scilicet, ut sine eius auxilio, vel ope delictum non fuisset perpetratum vel quando quis vere cooperatur delinquenti, vel denique, quando ex auxilio prestito homicida aut actor est effectus, vel citius homicidium committit, ut ex d. c. sicut dignum, colligitur, & tradit Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 2. de homicid. Quae omnia intelligenda sunt de auxilio in actu proximo, non autem remoto: vnde, qui ei quem scit occisurum alium, tradit gladium, erit irregularis, secus autem si nesciat, etiam si occidat, quia tunc est causa remota,*

11 Hinc inferitur primo, milites omnes in bello iniusto, immo exercitum totum esse irregularem, si aliquis occidit, aut mutilat in illo bello iniusto, vt communiter tradunt auctores, quos sequitur Summa Corona tit. de Irregularitate. Pari ratione hanc irregularitatem incurrunt, qui ante pugnam auctoritatem dant homicidio iniusto, & qui subministrant arma, vt fiat bellum, aut homicidium iniustum; non tamen qui dant in genere ad omnes vsus. Similiter, qui dant pecuniam ad bellum iniustum, aut pugnam aliquam iniustam, sic etiam, qui accusant, iudicant, testificantur iniuste, & qui produnt aliquem iniuste, vt occidetur.

12 Secundo, Qui armatus affert alicui homicidium, nec educit arma, nec operatur paratus tamen ferre opem, irregularis est, vt Felin. in cap. sicut dignum, de homicid. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 3. vers. Quatenus de homicid. & Henric. par. 2. §. 2. num. 4. §. 2. & facit cap. committatur, de Cleric. percuss. quia ex presentia illius, aliter animatur, & acrior ad pugnam efficitur, vnde auxiliari videtur nocenti. Sic etiam qui volentem occidere committat, vt eum defendat, etsi disuadeat illi ne occidat, & dissuadendo ei comitatur, quousque ille occidat aduersarium, irregularis est, quia licet disuadeat occidere, eo ipso tamen quod armatus homicidium comitatus sit, tutatus est vitam homicidæ, eique animum adiecit, & ita auxiliatus est in morte alterius, vt bene notat Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 1. post alios, Maiol. lib. 5. ca. 4. §. 4. nu. 1. & Sum. Ales. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 6. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, versic. Quid si aliquis vadit. Tabiena, verbo; Irregularitas.

13 Tertio, Quando multi ex communi consilio se mutuo incitant, vel iuuant, aut iuuant, tunc non solum ille, qui occidit, aut mutilat est irregularis, sed etiam ceteri omnes, vt cap. sicut dignum, §. illi autem, & §. Qui vero. Innoc. & DD. in cap. significasti, 2. de homicid. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 3. vers. primus casus, de homicid. & Henriquez lib. 14. c. 7. §. 2.

14 Quarto, Quando vnus a pluribus percussus, & in occiso reperitur vnicum lethale vulnus, si constet quis id intulerit, in hoc casu, is qui vulnus illud lethale intulit, tenebitur de homicidio, ceteri de percussione. Ita Melan. §. sed si seruus, ff. ad leg. Aquiliam, & l. si in rixa, ff. de fidei. vnde ille solus irregularis erit, ceteri vero vt ab homicidio, ita etiam ab irregularitate excusantur. DD. communiter, in cap. significasti, 2. de homicid. Ludouic. Carrer. in Pract. Crim. tit. de homicid. §. 2. num. 68. & 75. & §. circa, nu. 446. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 3. vers. Secundus casus, de homicid. Henriquez lib. 14. ca. 4. §. 3. Quando autem dubium est, quis vulnus illud intulerit, tunc maior dubium est, an omnes sint irregulares; quam questionem mouent gloss. in cap. Quiescimus, in verbo, sed quoniam omnes, c. 2. & Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, §. 2. & Hostien. in Summa, lib. 5. tit. de homicid. Summa Ales. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. quæst. 5. non tamen soluant, sed vnumquemque iuxta conscientiam relinquendum esse volunt, addentes tamen esse in tali dubio se homicidas, & consequenter irregulares reputare, cum nullum sit in hac parte periculum, in alia vero esse potest periculum; & idem docet Marian. Socin. in cap. ad audientiam, nu. 46. de homicid. & Nicol. Plouius, de Irreg. Regula 28. Alij vero, & rectius docent, omnes esse irregulares, non solum in foro conscientie, sed etiam in foro exteriori, sic gloss. in ca. si quatuor, in verbo, Quicumque eorum, 2. 3. quæst. 8. & in cap. cupientes, §. ceterum, in verbo, Qui culpabiles, de elect. lib. 6. Barthol. Broxius, in q. Diminuta, 1. 5. Ioan. Andr. Goffred. & Anan. num. 2. Card. colum. penult. Anton. Panorm. in ca. significasti, 2. de homicid. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 3. 1. Albert. Trotius, lib. 2. de verò & perfecto Clerico; capit. 26. numer. 6. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 5. vers. Quoad irregularitatem, de homicid. & fauet Henriquez libro 14. capit. 14. §. 3. qui horum DD. sententiam veram esse docet, quando, vt ait Couar. constat omnes illos percussisse occisum, & quando non fecerint debitam diligentiam, vt scirent quis vulnus illud lethale intulit:

nam post debitam diligentiam factam, qui manet in equilibrio, & nihil certi habere potest, tunc ille ab irregularitate immunetur in conscientia esse putat, dum modo prædicte dubium deponat, quia in dubio æquali melior est conditio possidentis; vnde addit, quod si omnes ita dubitant, & neminem certo remordet conscientia potest quisque se liberum existimare, quando vnus in alterius animum non intulit consilio, aut auxilio, quæ limitatio sine dubio contraria est communi opinioni DD. vt ipsemet factetur, & contra eam est communis illa Regula Canonistarum, quia initio libri præcedentis, cap. 2. Regula 3. tradidimus, scilicet, in dubio facti tutiorem partem eligendam esse, vel se potius irregulare in reputeret, quæ Regula, vt ibi diximus, & in foro conscientie, & in foro exteriori procedit, ita, vt in vtroque foro pars tutior eligenda sit & consequenter omnes in casu proposito irregulares habendi sunt, neque enim in possessione innocentie sunt, cum omnes culpabiles sint in percussione iniusta. Adde tamen ex Goffred. Hostien. & Ales. Quod si aliquis vnus certus esset se non lethali ter vulnerasse, nec animo occidendi percussisse, aut venisse, nec alios ad occidendum prouocasse, hic ne de occiso teneatur, nec ordinari prohibetur, etsi alij percusserint, & occiderint.

14 Quinto, Quando vnus est a pluribus percussus, & tandem ex vulneribus illis moritur, nec constet eum potius ex vno, quam ex alio vulnere mortuum esse, tunc omnes teneantur de homicidio, & irregulares sunt, argum. ca. significasti, 2. versic. Quod si discerni, & Card. Anan. & Felin. ibi num. 10. de homicid. & c. fin. 2. 3. quæ. 5. & Alex. consil. 1. 5. lib. 1. Ludouic. Carrer. in Pract. Crim. tit. de homicid. §. 2. num. 59. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. num. 4. versic. Quarta, de homicid.

15 Sexto, Quando plures conuincunt, non tamen se mutuo incitant, aut iuuant, sed vnus primus percussit, deinde alius superueniens occidit, si primus solum leuiter percussit, etiam animo occidendi, & debilitauit, & nihil in animum secundi influxit, solus secundus qui occidit irregularis erit, non primus, cap. significasti, 2. de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 14. §. 2. si tamen primus lethali ter percussit, aut eo sine debilitauit & demittit, vt alter superueniens occideret, aut id verisimiliter præcogitare debuit euenturum, licet alter superueniens occidat, vt que irregularis erit, quia vterque est vna causa moralis mortis. ca. significasti, 2. de homicid. & Ioan. Andr. & Panormitan. ibi. Villadiego tract. de Irreg. cap. de percussore, colum. 3. Syluest. verb. Homicidium, 2. versic. Decimo sexto, & verbo, Homicidium, 3. quæst. 7. versic. Secundum, Tabiena verbo Irregularitas, §. 6. Nono Nauarr. in Manual. capit. 27. numer. 2. 3. versic. Octauo. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 2. numero 4. versiculo. Tertia, de homicid. Maiol. lib. 5. capitul. 48. §. 4. num. 6. & Henriquez lib. 14. capitul. 14. §. 2. in fine. Item, si primus non sufficiens fuit ad occidendum, nec secundus etiam fuit sufficiens, sed tamen secunda percussio simul cum prima sufficiens causa mortis fuit, vterque est irregularis, quia vtriusque percussio inuit percussio nem alterius, vt homicidium sequeretur. Idem dicendum est, quando prima percussio fuit causa, vt citius moreretur ex secunda percussione, aut causa fuit ne fugeret percussus, & sic non fugiendo occisus est a superuenientibus, vt communiter tradunt DD.

16 Dubium solum est, An si quis iniuste percussit, leuiter tamen, & non mortiferè si propter eam percussorem vel ex negligentia medici, aut Chirurghi imperitia, vel culpa, & in alio regimine ipsius percussit, sequatur mors, irregularis sit percussus? Quam difficultatem alij ad homicidium casuale, alij ad hanc homicidij voluntarij rationem trahunt, de qua patum refert, dummodo rei veritas innoscatur, an hoc loco, aut alibi tractetur. In qua sunt due opiniones contrarie, vna ait esse irregularem, & intelligant, etiam si percussus non habuerit animum occidendi, sed vulnerandi. Ratio est; quia cum mors secuta sit ex vulnere, & non secuta fuisset, si vulnus illud inflatum non fuisset, percussus causa satis propinqua mortis esse videtur, quod verò non fuisse adhibita diligentia in medicamine vulne-



ris, volunt eſſe per accidēs reſpectu mortis, percuſſionem verò ſeu vulnus directo, & per ſe ad mortem pertinere putant, & per conſequentis irregularis erit ſic percuſſiens. Sic Henric. in cap. *ſignificati*, 2. de homicid. Ludovic. Carrer. in Prac. Crimin. de homicid. §. 6. numeri 22. S. Anton. 3. part. tit. 29. de Irreg. capit. 2. in princip. & citat. Laudun. in cap. Petrus, de homicid. & Petr. Anchar. Sylueſt. verbo, Homicidium, 2. quaest. 2. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. Sexto, poſt medium, & citat. Roſellam verbo, Homicidium, 3. §. 8. Natat. in Man. cap. 27. num. 223. verſi. octavo, in fine, Martin. Ledesm. 2. 4. quaest. 26. art. 2. de Irreg. pag. 365. colum. 2. in princip. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 4. nu. 6. Alphonſ. Vivald. tract. de Irreg. nu. 241. *Alia opinio negat eſſe irregularem ſic Hoſtien. in Summa 3. lib. 5. tit. de homicid. §. Qua pena. verſic. item ſecus, & Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8. in princip. in ſua Regula 2. & Sotus libr. 5. de iur. quaest. 1. art. 9. ante medium, & fauet potius huic opinioni quam præcedenti Henriquez libr. 14. capit. 14. §. 4. & expreſſe tradit Mich. Salon. in 2. 2. quaest. 64. art. 8. in princip. poſt Angelicam, verbo, Homicidium, 2. §. 12. & Tolotus libr. 1. inſtruct. Sacerd. capit. 29. ante finem. Ratio eſt; quia illa percuſſio non eſt cauſa immediata mortis; & certè, quamvis prima opinio videatur communior, hæc tamen ſecunda videtur rationi magis conſentanea, cui etiam plurimum fauet cap. *Exhibita*, de homicid. iuncta gloſ. ibi, in verbo, *corruens*.*

In hac re hæc mihi probabiliter dici poſſe videntur;

Primo ſi vulnus illatum adeò leue erat, vt pullo, vel modico medicamine percuſſus poſſet ſanus, & liber euadere, tunc quidem ſi venenum aliquod leui illi vulnere loco medicaminis adhiberetur, tunc ſanè percuſſor non erit iudicandus irregularis, quia ex veneno potius, quam ex vulnere percuſſus mori iudicatur.

Secundo, ſi vulnus leue fuerat, & medicus facile illud curare poſſet, vt tamen aliquid lucri acquireret, curationem prolongauit, vnde poſtea vulnus crefcere incepit, & ita vulnere ſuperuenit febris; & idem dicendū quando vulnus initio facile curari potuiſſet, ſi inſirmus debitam ſui curam habuiſſet, ex cuius negligētia ſuperueniens febris mortem inferit, tunc quidem cum mors ſequens medico potius, aut malo regimini aegroti, tanquam cauſa efficaç, & propinqua, quam vulnere imputanda ſit, ab irregularitate excuſabitur vulnus illud leue in ferens, tunc enim mors hæc non ex vulnere, niſi valde remote, ſed ex alijs hiſce cauſis extrinſecis immediate & ſufficienter ſequi cenſetur.

Tertio, ſi vulnus initio leue fuerat, quod tamen poſtea temporis ſucceſſu, etiam adhibita debita diligentia medici, & aliorum, ſucceſcere cepit, cui cum ſuperueniret febris, mors addita fuit, percuſſor irregularis erit, ſatis enim eſt, quod dederit operam rei illicitæ, ſcilicet iniuſte percutiendo, & cauſa ſufficiens fuerit, vnde mors ſubſecuta ſit, & hoc etiam ſi occidendi animum non habuerit, erit autem homicidium hoc caſuale in tali euentu, vnde qui in homicidio caſuali diſpenſandi facultatem habet, cum eo in hoc caſu diſpenſare poterit.

Quarto, licet vulnus leue fuerit, & ſine animo occidendi inſictum, & facile curari poſſet, quia tamen non inuenit percuſſus Medicum, aut Chirurgum, a quo ſanaretur, aut non niſi poſt longum tempus, in quo vulnus incepit eſſe mortale, ſecuta morte, percutiens irregularis erit quia ſine eo iniuſto vulnere mors, aut acceleratio eius non eſſet ſecuta, & ad irregularitatem ex homicidio caſuali incurrendā illi imputari debet, quod operam rei iniuſta, & illicitè percuſſioni dederit. Plura tractare non eſt huius loci, cum huius rei examen ad prudentum, & Medicorum iudicium ſpectet, vt ſciatur, quādo ex vulnere inſicto mors ſecuta ſit, nec ne, tanquam ex cauſa propinqua, & ſufficiente, vt exinde irregularis iudicetur, vel ab ea prudentum conſilio adhibito excuſetur, habita ratione vulneris, & qualitatis inſtrumenti, & aliarum circumſtantiarum.

17 *Quantum* ad ratiſhabitionem homicidij illiciti, aut abſiſtrons membri, An ſcilicet ſi Petrus ratum habeat homicidium Ioannis iniuſte factum a Paulo, nomine tamen Petri, irregularis ſit: & dubium eſt, non quidem ſi Petrus

iuris, aut conſuleris, aut iocitaueris, ſed ſolum quando poſt factum ſciat homicidium illud nomine ſuo commiſſum eſſe ratum illud habet, id eſt approbat illud nutu, vel ſigno aliquo exteriori, in qua re duæ ſunt auctoritatum opiniones;

Prima eſt dicentium eſſe irregularem quoties homicidium perpetratum erat nomine ipſius, qui ratum habet, ſecus autem ubi non eſſet commiſſum nomine ratum habentis ſed alterius. Sic Felin. in cap. ſicue dignum, colum. 4. de homicid. Albert. Tronius, lib. 2. de vero & perfectio Clerico, ca. 12. Ludovic. Carrer. in Prac. Crim. §. c. 2. nu. 196. Nicol. Plouius, de Irreg. Reg. 26. & Sylueſt. verbo, Homicidium, 1. quaest. 7. verſi. Quintum, ubi ait eſſe irregularem in conſcientia. Roſella, verbo, Homicidium, 2. numero 5. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 6. numero 1. & 5. & Natat. in Man. cap. 27. num. 233. verſic. vigefimo & conſil. 19. numero 2. de homicid. Primo, quia ratiſhabitione retrahitur, & mandato comparatur. Reg. Ratiſhabitione, de Reg. in lib. 6. cit. enim Ratiſhabitione facti nomine noſtro, geſti comprobatio Reg. Ratum, de Reg. iur. lib. 6. ſed madans homicidium eſt irregularis; ergo etiam & ratum habens. Secundo, Quia ratam habens percuſſionem clerici nomine ſuo factam irregularis eſt, ſicut is qui percuſſit, cap. cum quis de ſen. excom. lib. 6. Ergo & ratum habens homicidium ſuo nomine factum irregularis erit.

Secunda tamen & verior opinio docet, non contrahi irregularitatem ex ſola ratiſhabitione homicidij ſed alio commiſſi, ſuo tamen nomine; fauet gloſ. in cap. ſi quis viduam in verb. *aut conſilio*, diſt. 50. Specul. tit. de diſpenſat. §. iuxta, verſic. Sed quid ſi agenti. Archid. in cap. omnes, 17. q. 4. Angelica, verbo, Homicidium, 2. numero 7. Hoſtien. in Summa, lib. 5. tit. de homicid. §. Qua pena feriat, verſi. Sed & propter ratiſhabitionem; Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Septimo. Covar. in Clem. Si furioſus, part. 2. §. 1. numero 4. de homicid. Alphonſ. Vivald. tract. de Irreg. nu. 299. & num. 301. Henriquez libr. 14. cap. 16. §. 2. & probari poterit. Primo, quia pene ſunt reſtringendæ, & quia irregularitas non incurritur niſi in caſibus a iure expreſſis, ſi quis, de ſen. excom. lib. 6. In iure autem non habetur ratiſhabitione incurrit irregularitatem. Secundo, quia ad irregularitatem incurrendam neceſſaria eſt actualis culpa homicidij, cap. ſi aliquis, de homicid. At vero ratiſhabens homicidium, quod nec præcipit, nec conſulit, licet peccet peccato mentis & voluntate, non tamen peccat peccato homicidij actualis. Sola autem voluntas non ſufficit ad conſtituendam irregularitatem in eo caſu, quo in exteriori actu non fuerit deductus; neceſſaria enim eſt, quo actus exterior ab eo animo procedere non poterit, nec cauſam deducere, qualis eſt hic caſus noſter, de quo agitur.

Nec valent quæ in contrarium afferuntur. Ad primum enim Reſpondetur, Regulam illam iuris non eſſe vniuerſaliter veram, vt optime tradunt gloſ. in cap. 1. in verb. *procurauerint*, & ibi Panormit. num. 19. de conuict. c. 1. & maxime in illis caſibus, in quibus neceſſarium eſt, vel ſpeciale mandatum, vel ſpecialis expreſſio, & conſtitutio iuris. Vnde licet ex mandato contrahatur irregularitas, non tamen idem erit in ratiſhabitione, cum de mandato hoc ſit in iure expreſſum, non autem de ratiſhabitione. Ratiſhabitione igitur, & mandatum equiparatur, quoad peccatum, nõ autem quoad irregularitatem. Et quicquid de hac re ſit fallunt Sylueſt. & Maiol. in eo, quod docent ſatis eſſe ad iſtam irregularitatem incurrendam, ſi quia ratum habeat homicidium nomine ſuo factum ſolo actu interiori, ſcilicet conſentiendo, vel delectationem capiendo quod factum ſit, Conueniant enim omnes hoc iuris nõ eſſe, niſi verbis, aut nutu, aut aliquo corporis ſigno exteriori declarat ratum ſe habere homicidium nomine ſuo factum, v. g. ſi præmium det afferenti nunciū de homicidio ſuo nomine facti, vel ſigno, aut verbis offendat ſe lætari de illo homicidio, & vt rectè docet ſecunda opinio, nec talis expreſſio ſufficit ad irregularitatem incurrendam.

19 *Ad ſecundum* Reſpondetur hoc expreſſum eſſe de communicatione, non autem de irregularitate, cum ratiſ-

men hinc, non nisi in casibus iure expressis incuratur. Peccata, magna est inter excommunicationem, & irregularitatem differentia; excommunicationem enim fertur in perennes Clericum ob iniuriam ipsi percusso, & ordinis Ecclesiastico illatam, hinc vero iniuria inferitur etiam per ratiabitionem eius percussione, que nomine ratiabitionem fuerit illata, ideo que recte in d. cap. cum quis, de sentent. excomm. lib. 6. excommunicatio statuitur aduersus ratum habentem percussione Clerico illatam; focus autem quoad irregularitatem, que in hac materia homicidij actum occisionis, vel mutilationis membri, culpa preuia contingente, requiritur, qui sane actus non contingit vere per ratiabitionem, nec vera culpa ratiabitionem factum, et peccatum procedit, ubi obiter aduertendum est, quod ad hoc, ut excommunicatio locum habeat, requiritur quod ratiabitione illa sit expressa facta; si enim solo interiori cordis consensu ratum habuerit, excommunicatio non erit, cum excommunicatio non nisi ob actum exteriorem incuratur? Ratiabitione tamen hinc tam in materia excommunicationis, quam in homicidio eius nominis facti, et peccatum mortale, vel veniale, ratione actus mortalitatis, aut venialis. Nam delectatio de culpa mortali est mortale peccatum, sicut & delectatio de actu veniali culpa venialis est, ex communi Theologorum opinione, iuxta ea, que traduntur a S. Thom. 1. 2. q. 74. art. 8. & 2. 2. q. 1. art. 4. & Caiet. ibi; & in Summa verbo spectacula, & Nau. in cap. inter verba, 1. 1. q. 3. colum. 46. Con. in Cle. Si furiosus, par. 1. num. 6. de homicid. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 6. num. 3. & alij.

De Homicidio Casuali. Cap. V.

S Y M M A R I U M.

- 1 Homicidium casuale quidnam sit.
- 2 Casuale duplex est, aliud voluntarium, aliud involuntarium, & quid utrumque sit.
- 3 Irregularitas ex homicidio casuali proueniens, an ex peccato mortali tantum, an etiam ex veniali incuratur.
- 4 Culpa lata, lenis, & leuissima quid, & quamnam censenda.
- 5 Homicidium casuale mortale solum irregularitatem inducit.
- 6 Irregularitas grauior pena est, quam excommunicatio maior.
- 7 Voluntarium etiam in peccato veniali reperitur.
- 8 Homicidium casuale quando irregularitatem causet.
- 9 Dans operam rei licite, & omnem adhibens diligentiam, ne sequatur homicidium, eo secuto, non est irregularis.
- 10 Dans operam rei licite, & debitam tamen non adhibens diligentiam ne sequatur homicidium, eo secuto, sit irregularis.
- 11 Diligentia ad euitandum homicidium, & irregularitatem inde proueniens, que, & quanta esse debeat.
- 12 Dans operam reuoluntaria, aut sibi prohibita, quamuis omnem operam adhibeat, ne sequi possit homicidium, an, & quando eo secuto, irregularis sit.
- 13 Homicidium ex illicito opere quot modis sequi possit.
- 14 Dans operam rei illicite, ne irregularis sit ex homicidio inde secuto, quid requiratur.
- 15 Irregularitas per homicidium non contrahitur, quoties illud aliquo modo voluntarium non sit.
- 16 Argumentum a contrario sensu in materia irregularitatis, & censurarum quando validum.
- 17 Discrimen quodnam sit inter dantem operam rei licite, & illicite, quoad irregularitatem.

¶ In superioribus dictum sit, homicidium aut voluntarium, aut casuale, absolutis ijs omnibus, que

ad voluntarium pertinent, de casuali hoc in loco agendum est; ubi ante omnia sciendum est, Homicidium casuale esse illud, quod praterintentionem, & voluntatem occidentis coniungit, siquidem Philosopho teste 2. Phys. tex. 49. & 50. effectus casualis proficisci dicitur a causa praterintentionem agentis, que casus dicitur, Casus, unde sicut effectus casualis, & accidentalissita causa eius casualis, & accidentalis erit; Quamuis melius causa, & effectus huiusmodi fortuitus dicitur, quam casualis, cum procedat ab agente ex proposito, & per electionem; effectus vero casualis proprie loquendo est ab agente non ex proposito, nec per electionem, ut Arist. ubi supra exposuit. Hoc vero casuale est duplex, Alterum nullo modo intentum, nec in se, nec in causa; unde nullo modo est voluntarium & consequenter sine peccato, cum peccatum esse non possit, nisi sit voluntarium, ut S. August. lib. de vera Relig. ca. 14. & lib. 1. Retract. cap. 13. & 15. & lib. 2. Questionum. q. 24. ad cap. 15. Numerorum, & refertur, & in cap. Merito, 15. quast. 1. testatur, & S. Thom. 2. 2. quast. 64. ar. 8. S. Augustinum secutus luculenter expressit, dum affirmet casualia, in quibus huiusmodi, non esse peccata: Cui consequens est, homicidium hoc casuale non producere irregularitatem, que ut communis DD. sententia docet, peccatum necessario presupponit. Alterum casuale est voluntarium, non quidem directe, sed indirecte, non enim volitum est in se neque proprie in causa, sed quodammodo, ut loquitur Caietan. 2. 2. quast. 64. ar. 8. Cuius ratio est: quia non potest esse homicidium casuale, quod inducat irregularitatem, nisi saltem sit indirecte voluntarium, & cum peccato, Hoc autem habet se, sicut effectus proueniens ab aliqua causa non proprie sumpta, sed ut remouens prohibes: unde ille, qui non remouet ea, ex quibus sequitur homicidium, si remouere debeat, erit quodammodo homicida voluntarius, & de casuali hoc modo accepto disputatur in presenti, circa quod duę precipue difficultates, que ad exactam huius rei notitiam acquirendam pertinent, explicanda sunt.

Prima Difficultas est, An irregularitas ex homicidio casuali proueniens incuratur ex peccato mortali tantum, an vero sufficiat peccatum veniale? Vrię sunt DD. de hac re sententia; nam glol. in cap. significasti, 1. in verbo, prius seuisset, de homicid. ait sufficere culpam leuissimam: qua glolite opinionem Canoniste non admittunt, vniuersaliter, sed distinguunt, si enim detur opera rei licite, vel culpa & negligentia est in committendo, vel in omittendo; si in committendo, tunc dicunt etiam culpam leuissimam sufficere ad inducendam irregularitatem, quandoquidem culpa leuissima in committendo (id est, si non cogitauerit id, quod vir acutissimus cogitare potuisset) est culpa leuis, ex glol. in leg. Cornelia. ff. ad Sihan. & glol. in cap. consulisti, in verbo, Homicidij, 2. quast. 5. & Cou. de sponsa, par. 2. cap. 6. §. 3. num. 13, in omittendo autem non satis est culpa leuissima ad cauendam irregularitatem, sed requiritur leuis: est enim malus crimen, quod in facto committitur, quam quod in omissione perpetratur, ex S. Thom. 1. 2. quast. 79. art. 1. Hanc distinctionem, & doctrinam communiter tradunt Canoniste, & Summistę, ut Panorm. in cap. Quisquam, nume. 3. de penit. & remiss. ubi ait culpam leuissimam in homicidio non inducere irregularitatem, intelligi in omittendo, de hoc enim loquitur capi. Quisquam, & Villadiego de Irreg. capit. de percussore, colum. 7. Angelica, verbo irregularitas, 1. num. 3. & 20. Syluest. verbo, homicidium, 2. in princip. in Regula 4. & §. 23. Tabiena, verbo, Irregularitas, 1. §. Quarto, & Irregularitas, 3. §. primo. Couat. in Clem. Si furiosus, part. 2. §. 4. nu. 9. de homicid. & Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 2. Alphon. Vivald. tract. de Irreg. num. 265. & num. 266. Summa Corona, tit. eod. num. 16. & 17. dans autem operam rei illicitę, etiam ex negligentia leuissima irregularis est, ex opinione istorum. Quid autem Canoniste per culpam latam, leuem, & leuissimam, intelligant, optime explicant Syluest. verbo, Culpa, quast. 1. & Nauar. in Man. cap. 17. nu. 178. Lata culpa est incircumspecta deuiatio ab ea diligentia, qua communiter habent homines eiusdem professionis, ut si librum tibi commodatum extra domum, aut in scamno